

Universitätsbibliothek Paderborn

Passio Sanctorvm Martyrvm, Getulij, Amantij, Cerealis, Primitiui, Symphorosae, ac septem filiorum

Cardulo, Fulvio Romae, 1588

Passio Ss. Symphorosae Et Septem Filiorvm

urn:nbn:de:hbz:466:1-9427

SS. SYMPHOROSAE

ET SEPTEM FILIORVM

EX PLVRIBVS BONAE FIDEI

codicibus, qui litteris Longobardicis

fcripti in antiquis bibliothecis, &

facrarum Basilicarum tabu
larijs asseruantur,

ex scripta.



VSEBIVS historiographus memorat Africanum pœnè omnium de vrbe regia atq. de tota Italia Chri sti martyrum res gestas có-

fcripsisse. Inter quos B. Symphorosam viduam dixit apud Tiburtinam yrbem cum septem silijs suis vna sermè die ab Hadriano Principe hoc ordine intersectam. Cum sabricasset Hadrianus palatium, & id dedicare vellet ritu illo nesario, cœpisset que sacrificijs, Idolorum ac Dæmonum, qui in Idolis habitant, slagitare responsa: responderunt, & dixerut, Symphorosa vidua cũ septem silijs suis laniat nos, quotidie inuocando Deum

PAIS SAI O.

suum. Ista itaque si cum filjjs suis sacrisicauerit, promittimus nos omnia præstare, quæ petitis. Tunc Hadrianus Imperator iussit eam teneri cum filijs, & blandis eos sermonibus hortabatur, vt ad sacrificandum Idolis consentirent, cui B. Symphorosa dixit, Vir meus Getulius (aliàs Zoticus) cum fratre suo Amantio, Tribuni tui, cum sint ambo pro Christi nomine passi diuersa supplicia, ne Idolis consentirent ad immolandum, quasi boni athletæ, Dæmones tuos moriendo vicerunt. Elegerunt enim magis decollari, quam vinci, passi mortem, quæ pro nomi ne Christi suscepta, inter homines terrenos quidem ignominiam eis peperit temporalem, inter Angelos vero decus & gloriam sempiternam: inter quos núc gradientes, & trophæa passionum suarum dantes, cum æterno Rege vita æterna fruuntur in cælis. Hadrianus Imp. di xit ad S. Symphorosam, Aut cum filijs tuis sacrifica Dijs omnipotentibus, aut te ipsam cum filijs tuis sacrificari faciam. B. Symphorosa respondit; Et vnde mihi tantum boni, vt ego merear cu filijs * COUNTRY

filijs meis offerri hostia Deo? Hadrianus Imp. dixit; Ego te Dijs meis sacrificari faciă; B. Symphorosa respondit; Dij tui me in sacrificium accipere non possunt; sed si pro nomine Christi Dei mei incen sa fuero, illos Dæmones tuos magis exuro. Hadrianus Imp. dixit. Elige tibi vnū ex duobus, aut sacrifica Dijsmeis, aut malo interitu finieris. B. Symphorofa respondit, Tu existimas quod possit animus meus aliquo terrore mutari, cum ego desiderem cum viro meo Zotico (alias Getulio) quem pro Christi nomine interfecistis requiescere? Tunc Hadria nus Imp. iussit eam duci ad fanum Herculis, & ibi primo alapis cædi, & posthęc capillis suspendi; sed cum nulla ratione nullog. timore posset eam à bono proposito renocare, inssit eam alligato ad collum ingenti saxo in flumen præcipitari, cuius corpus colligens frater eius Eugenius, principalis curiæ Tiburtinæ, in suburbano eiusdem ciuitatis sepeliuit. Alia vero die iussit Hadrianus Imp. simul omnes septem filios eius sibi præsentari; quos cum ad sacrificandum IdoP A S S I O.

lis pronocaret, & nullo pacto eos videret suis minis atq. terroribus cosentire, iussit circa Herculis templum septem sti pites figi, & ibi eos ad trochleas extendi, & primum Crescentem præcepit in gutture transfigi, secudum Iulianum in pectore pungi, tertium Nemefium in corde percuti, quartum Primitiuum in vmbilico vulnerari, quintum Iustinum auersum per dorsum perforari gladio, fextum Stacteum in latere vulnerari, septimum vero Eugenium à summo vsq. deorsum findi. Altera vero die veniens Hadrianus Imp. ad fanum Herculis, iufsit corpora eorum simul auferri, & proijci in foueam altam; & impoluerunt Pontifices nomen loco illi, Ad septem Biothanatos. Post hæc quieuit persecu tio anno vno, & mensibus sex; In quo spa tio omnium martyrum honorata funt sancta corpora, & constructis tumulis condita cum omni diligentia: quorum nomina descripta sunt in libro vitæ. Natalis vero sanctorum martyrum Christi, Beatæ scilicet Symphorosæ, & septem filiorum eius, Crescentis, Iuliani, Nemep A S S I O. 55

sij, Primitiui, Iustini, Stactei, & Eugenij
celebratur sub die x v. Kal. Aug. Eorum
corpora requiescunt in via Tiburtina,
milliario ab vrbe octauo (aliàs nono)
regnante Domino Nostro 1 es v Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæcu
lorum, Amen.

In aliquibus exemplaribus additum est, Olim requieuerunt via Tiburtina, &c. Nunc autem auxiliante Domino requiescunt in vrbe Roma in Basilica B. Archangeli Michaelis, regnante, &c.

divine ludiolifimis peractivator and enim Pame divide marryres can gao es archifima flaviliaritas dater cessits ande estant cognomen invasits. En Euste divisiones ramphilis stropoellatus e Ecclesias in Schillens distinctions e example complexes de Christo al Complexes distinctions de antois complexes and Phylones Iosepha, Clemente de antois complexes and postes polytos distinctions distinctions distinctions distinctions de complexes and postes polytos distinctions distinctions de Christopha distinctions dis

rea nise mas edidit volumins, sorin quillylves de marry vius commentarios e floralisque possificama Confluctivo del formatio cius plio Augustica Stiers. Elieveny musi libro de viris illustribus, cor ad Tennachium cor Oceanum Evill. unte. Com de star elles illustribus, cor de doje edigis elles Rufinis, et ad del arecellam unitable extra logic educatura Rufinis, et ad del arecellam unitable extra librorat Africa numi. De hoc sulta Africano

D 4 NO-

enebi